



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Religiosis Domibus. Titulus VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

DE VOTO, ET VOTI REDEMPTIONE. TITVLVS VI.

Votum per susceptionem sacri ordinis solemnizatum, licet impediat matrimonium sequens, non tamen procedens: etiamsi nondum esset per carnem copulam consummatum. Et durante matrimonio, etiam nondum consummato, nullus presumat accipere aliquem de sacri ordinis: quod si fecerit, dissoluto etiam matrimonio; nec in illo ministrare, nec ad superiores ascendere poterit: nisi aliquam de religionibus approbati ingredatur, & eju regulam expresse, vel tacite profiteatur. Est autem talis conjugatus sic ordinatus per diocesatum monendus, ut religionem ingredatur, si matrimonium nondum est consummatum: quod si renuerit, & uxor in fuerit, compellitur per excommunicationem ad matrimonii consummationem. hoc dicit. Et est casus notabilis, & qui fatu effert non posset.

CAP. VNIC.

Antiqua concertationi finem cupientes imponere, ac animarum periculis inde provenientius salubriter providere, de fratrum nostrorum consilio presentem declaramus edicto, quod licet votum solemnizatum per sacri susceptionem ordinis, quantum ad impediendum matrimonium contrahendum, ac ad dirimendum, si post contractum fuerit, secundum statuta canonum sit ellicax reputandum: ad dissolvendum tamen prius contractum, etiam si per carnem copulam non fuerit consummatum, quibus nec iure divino, nec per sacrosanctos canones hoc statutum invalidum est censendum: auctoritate Apostolica districtius inhiibentes, ne quipiam durante matrimonio, nondum etiam consummato, aliquem de sacri ordinibus presumat suscipere, nisi prout sacris canonibus noverit convenire. Quod si fecerit a quoquam forsitan attentatum fuerit, ordinamus, quod nec matrimonio soluto in sic suscepto ordine ministrare, nec ad superiores ordines provehi, nec ad aliquod beneficium vel officium ecclesiasticum valeat promoveri. Nisi aliquam de religionibus approbatis (quarum professio ad castitatis custodiam, & abdicationem temporalium, & sui superioris obedientiam suos professores attingat) ipsam canonicè contingerit ingredi, ac eju regulam expresse vel tacite profiteri: quo casu diocesanus super pramissis, & singulis pramissorum cum eo dispensare valeat, nisi sit aliud canonicum, quod obstat. Ad ingressum huiusmodi sic ordinatum (si matrimonium consummatum non fuerit) per diocesatum instanti moneri precipimus, & induci: quod si forsitan renuerit adimplere, ipsam (si sponsa ejus in fuerit) per censuram ecclesiasticam compellendum decernimus contractum matrimonium consummare. Nulli, &c. nostram declarationis, inhibitionis, ordinationis, precepti, & constitutionis infringere. Datum Avinioni Calend. Decemb. Anno septimo.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS. TITVLVS VII.

Secta & religio fratricellorum, sive begunorum, qui se dicebant de tertio ordine beati Francisci, cassatur: quoniam inter ceteros errores ecclesiastica sacramenta dispicebant. Et sub pena excommunicationis omnibus inungitur, ut nulli de cetero talem ritum assument: & ne Episcopi ipsum concedere presument. Vide cas. sin. cod. tit. in antiq. & c. eod. tit. l. 6.

CAP. VNICVM.

Sancita a Romana atque universalis ecclesia, cui auctore Domino, licet immeriti, prefidemus, sicut religiosa & pia vota benigno favore prosequitur.

a De Begunorum secta & erroribus, vide Guidonem Carmelitam in summa de heresibus, tit. de heresibus Begunorum, & Nicolaum Eymericum in directorio inquisitionum par. 2. q. 15.

sic supersticiosos conatus insolentium hominum a deestatu, videlicet ne sub ovina pelle gregem dominicum truculentia lupi rapacis invadat, sub pietatis imagine vitu heretica pravitate obrepit. & sub pretextu conversationis angelica incautis mentibus spiritus malignus illudat: cujus rei gratia sacris canonibus est interdictum, ne aliquis novum ordinem aut religionem inveniat, vel habitum nove religionis assumat: sed quicumque ad religionem venire voluerit, ingredatur unam de religionibus approbatis. Nonnulli tamen profane multitudinis viri, qui vulgariter Fratricelli, seu fratres de paupere vita, Bizochi sive Beguini, vel aliis nominibus nuncupantur in partibus Italix, necnon in insula Sicilien, comitatu Provincia Narbon. & Tholosanen. civitatibus, & diocesis, & Provinciis, aliisque diversis circummarinis & ultramarinis partibus, contradictos canones habitum nove religionis assumere, congregationes & conventiculas facere, & superiores sibi ipsi eligere, quos ministros seu custodes vel guardianos aut nominibus aliis appellant: plurimos ad eorum sectam recipere & loca de novo construere seu constructa recipere, in quibus habitant in communi, publice mendicare (quasi eorum secta foret una de religionibus per sedem Apostolicam approbatis) temeritate damnabili presumpserunt, & presumunt etiam incessanter. Et ut ipsorum error veritas, & impietas religio reputetur, plurimi eorum regulam seu ordinem fratrum minorum, quem sanctus Franciscus instituit, se profiteri & ad literam conservare coningunt: quamquam in obedientia generalis, vel provincialium ministrorum ipsius ordinis non morentur: pretendentes se a sancte memorie Celestino Papa quinto predecesore nostro huius status seu vite privilegium habuisse: quod tamen etiam ostenderent, non valerent. cum bonae memorie Bonifacius Papa octavus predecesor noster, ex certis causis rationabilibus omnia ab ipso Celestino predecesore nostro concessa, que per ipsum Bonifacium non contingeret approbari, viribus penitus vacuaverit, dictumque vite privilegium non inveniantur per eundem Bonifacium approbatum. Quidam autem eorum dictum habitum, & vivendum ritum a quibusdam Episcopis seu eorum superioribus, vel aliis ecclesiarum prelatibus habuisse profiterentur, quos nec eis concedere licuit contra formam concilii generalis. Nonnulli etiam ex ipsi afferentes se esse de tertio ordine beati Francisci, poenitentium vocato, predictum statum & ritum eorum sub velamine talis nomine satagunt palliare: cum tamen in regula ipsius tertii ordinis talis vivendi ritus nullatenus sit concessus. Et quia in errorum baratrum facilliter ruunt, qui conceptus proprios patrum definitionibus anteponunt, ipsorum quam plurimi (sicut fide digna relatione perceperimus) a veritate catholice fidei deviantes ecclesiastica sacramenta despiciunt, ac errores alios student multipliciter seminare. Cum itaque talium damnanda temeritas in ejusdem fidei detrimentum, fidelium scandalum, prelati minorum & aliorum ordinum opprobrium, & etiam suarum & aliarum animarum perniciem redundare noscatur: sectam, ritum, & statum huiusmodi, non obstantibus pramissis eorum excusationibus, quas frivolas reputamus, & quequid per eos communiter vel divisim sub religionis, conventus, collegii seu congregationis nomine vel colore attentatum extitit, vel existit, de fratrum ipsorum consilio auctoritate Apostolica nullius fuisse & esse decernimus firmitatis: & quatenus de facto processerunt de consilio, & auctoritate pramissis revocamus omnino, ac perpetue prohibitioni subijcimus, & ab ecclesia Dei penitus abolemus. Eisdem personis & aliis quibuscumque

a Vide l. qui sub conditione, ff. de condi. insti. l. non erit. s. de vno. ff. de iurejur.

sub pena excommunicationis, quam eas (si seces fecerint) incurere volumus ipso facto, injungentes expresse, ne statim sine scilicet & citum hujusmodi ab ipsis assumptum sectetur ulterius, vel ipsum de novo assumere quoquo modo presumant. Episcopos quoque & eorum superiores & etiam alios prelatos quoscunque, qui predictis personis vel aliis ritum vivendi & habitum suadictos, prater specialem Apostolicam sedis auctoritatem deinceps concesserint, predicta excommunicationis pena ipso jure decernimus subjacere: dignum est enim ut adulterinas plantationes, quas non Pater cœlestis, sed humana temeritatis audacia plantat Apostolici culminis censura divellat: nec patiat in agro dominico perverta congregationis vepres excrecere, cui proprium est (divina opitulante gratia) virtutes ferere, ac vitia radicibus extirpare. Nulli ergo, &c. Datum Avinion. 3. Cal. Ianuar. Anno 2.

DE IVDAÏS ET SARRACENIS.

TITVLVS VIII.

CAP. VNICVM.

Ut Petrus filius Regis Castellæ pio ductus proposito facilius Agarenos infideles a regno Granata expelleret, lata fuit excommunicationis sententia in omnes prohibita portantes ipsi infidelibus & Sarracenis prefati regni Granata. Concor. c. Ita quorundam. & c. Ad liberandam. ed. tit. in an.

Copiosius in misericordia Dominus, qui de sua abundantia pietatis corda fidelium ad suam majestatis obsequia devotionis ardore succendit, precordis dilecti filii nobilis viri Petri infantis nati claræ memoriæ Sancti Regis Castellæ, adeo copiose gratiam cœlestis inspirationis infudit, quod sibi delectabile reputat propriam exponere in ipsorum prosecutione personam. Pio quidem nobilis ipse ductus proposito, tanquam strenuus athleta Domini, negotium impugnationis perfidiorum Agarenorum, à quibus regnum Granata in Dei contumeliam detinetur, tutorio nemine, charissimi in Christo filii nostri Alphonsi Castellæ Regis illustris, qui sub teneritudine puerilis ætatis adhuc dinoscitur constitutus, assumptis sub spe cœlestis auxilii ferventer & viriliter prosequendum. Cum igitur omnia cupiamus obstacula removere, per quæ dicti negotii prosecutio posset quomodolibet impediri, univertis & singulis cujuscunque conditionis, præminentie vel status existant, districtius inhibemus, ne arma, equos, ferrum, ligamina, victualia & alia quæcunque prohibita per Romanos Pontifices prædecessores nostros ad terras Ægypti deserti, ad Sarracenos dicti regni Granatæ intra triennium incipiendum à Cal. Aprilis proxime secuturi, quomodolibet deferre, præsumant. Nos enim omnes & singulos, qui ad dictum regnum arma, equos, ferrum, ligamina & victualia supradicta & quæcunque prohibita, contra tenorem hujus nostre prohibitionis deferre præsumperint, illis poenis & sententiis, quas deferentes hujusmodi prohibita in Alexandriam vel ad Ægypti partes incurunt, decernimus subjacere. Et nihilominus omnes & singulos, qui Sarracenis Granatæ præstabant (dicti negotii prosecutione durante) auxilium, consilium vel favorem, aut prosecutionem dicti negotii directe vel indirecte, secreta vel publice impedire vel turbare forte præsumperint, excommunicationis sententiam incurere volumus ipso facto. Nulli ergo nostræ inhibitionis, constitutionis & voluntatis, &c. Dat. Avin. 5. Kal. Mart. Anno 1.

DE TORNEAMENTIS.

TITVLVS IX.

CAP. VNICVM.

Constitutio Clementis in quibusdam regni torneamenta subhibens sub poenis excommunicationis & interditi, hic revocatur: & illi, qui hujus occasione sententias incurerant, absolventur.

Quia in futurorum eventibus sic humeni fallaci incertitudo iudicii, ut quod conclusa probabili ex nunc interdum attentis consideratio vitæ pollicetur, reperiri damnosum quandoque contingere nonnunquam quod consultè statuitur, ex (satis) infirmitate iudicii consilium revocatur. Sanè felix recedationis Clemens Papa quintus prædecessor noster attentè considerans generale passagium in Consilio Vni pro terræ sanctæ subsidio salubriter ordinatum, per torneamenta, & hastiludia, sive juxtas non leviter inspectum quia frequenter sic ipsum passagii negotium procuturos exinaniunt, quod ad ejus executionem efficiatur impotentes, tum quia interdum quamplures a certu assumptione retrahunt, dum ab illis abstinere (sicut ex exercitibus) erubescunt: torneamenta ipsa & hastiludia, sive juxtas in regnis Francia, Angliæ, & Almania aliis nonnullis Provinciis, in quibus ea consueverint frequentius a exerceri, specialiter interdixit in faciem ea, vel ad id eis præstantium operum, consilium, vel consensum, & illorum etiam in quorum locis, vel districtibus fierent, non prohibentium hoc, cum possent, & illorum procedentem ad illa in domibus suis recipientium, vel commercium quomodolibet exercentium cum eis, in personas excommunicationis, & in terras interdicti sententias promulgando, absolute ab excommunicatione hujusmodi præterquam in memoratis locis Apostolica relevata. Verum quoniam (in tractatione) per sententiam hujusmodi periculum animabus ingeratur, & pro eo maxime negotio dicti passagii de negotio quia nonnulli militari cingulo abstinere, & quia vacare militiæ metu præsertim ipsius sententia non præsumunt, propter quod idoneos & voluntarios ad terræ sanctæ subsidium in regnis eisdem contingit pauciores solum reperiri. Nos ad delecti filium nobis viri Philippi duci memorie regis Francia, & Navarre Regis, & aliorum de domo regia, necnon quamplurimum magnarum & nobilium, tam in regno Francia, quam aliunde, communitatem præmissa discrimina, repetere supplicationes pietatis, sententias excommunicationis & interditi pietatis, præmissorum supplicacionibus inclinari, & de considerationibus antedictis, & ex causis etiam ratiocinatis aliis, in favorem sepefati negotii, de factum negotium consilio revocamus: eos, qui propter executionem torneamentorum seu hastiludiorum ipsorum hujusmodi sententias incurerunt, absolventes ab illis, & eorum qui sic ligati, vel in locis propterea interdictis, & interditi lehrant officia, super irregularitate inde contracta auctoritate Apostolica dispensantes. Datum Avinion. 10. Octobr. Anno 1.

DE CRIMINE FALSI.

TITVLVS X.

CAP. VNICVM.

Falsificantes monetas Regis Francia, & aliorum locorum eorum vicinorum, aliqui de quatuor modis hic prædictis, ipsi falso excommunicationem incurunt: à qua absque non possunt nisi à Papa, præterquam in morte excusari. De falsificatione sigillorum ipsius Regis Francia, habes ca. Ad audientiam, ed. tit. in antiq.

Prodiens quasi ex adipe iniquitatis multorum sceleratorum funesta cupiditas, eos in perniciem præcipitare conatur, dum sequi miserabilem conglutinem, sollicitas necientem moderamina, non re-

a. Villag. in l. rale passagii 4. f. ff. de passagii. l. sive spiritus. l. ff. de exc. tit. gl. in verbo presidentes. repetita. f. ff. de exc. tit. l. i. C. de rapto. virg. & Bald. in ca. si quis restituit de pa. ten. Font.